



# Danskernes Historie Online

Danske Slægtsforskeres Bibliotek

Dette værk er downloadet fra Danskernes Historie Online

**Danskernes Historie Online** er Danmarks største digitaliseringsprojekt af litteratur inden for emner som personalhistorie, lokalhistorie og slægtsforskning. Biblioteket hører under den almennyttige forening Danske Slægtsforskere. Vi bevarer vores fælles kulturyr, digitaliserer den og stiller den til rådighed for alle interesserede.

## Støt Danskernes Historie Online - Bliv sponsor

Som sponsor i biblioteket opnår du en række fordele. Læs mere om fordele og sponsorat her: <https://slaegtsbibliotek.dk/sponsorat>

## Ophavsret

Biblioteket indeholder værker både med og uden ophavsret. For værker, som er omfattet af ophavsret, må PDF-filen kun benyttes til personligt brug.

## Links

Slægtsforskernes Bibliotek: <https://slaegtsbibliotek.dk>

Danske Slægtsforskere: <https://slaegt.dk>

PRIMUM ANACREONTIS ODARION  
DENUO ILLUSTRATUM ATQVE CUM DIVERSIS  
HORATHI AC OVIDII CARMINIBUS COMPOSITUM.

---

# PROLUSIO

*QVA*

*PUBLICI EXAMINIS IN SCHOLA OTHINIENSI*  
*A. D. XV OCTOBR. MDCCCIV INSTITUENDI SOLEMNIA*  
*INDICIT*

AUCTOR

*SEVERINUS NICOLAUS JOANNES BLOCH*

AA. MAG. ET PHILOSOPHIÆ DOCTOR. SCHOLÆ CATHEDRALIS  
OTHINIENSIS CORRECTOR, CLASSIUMQUE GRÆCIS ATQVE HU-  
MANIORIBUS LITERIS INSTITUENDARUM MODERATOR. SOCIE-  
TATI LITTERAR. SCANDINAV. ADSCRIPTUS SODALIS.

*N. C. J.*

---

OTHENIS MDCCCIV.  
EXCUDEBAT SEVERINUS HEMPEL.

## *Præmonenda.*

Anacreontem si quis denuo studet interpretari, non effere, quod post Stephani, Fabri, Barnesii, Baxteri, Pauvi, Degeni, & præsertim exactissimas Fischeri curas, aut corrigendo textui aut verbis explicandis novi se quidquam allaturum esse putet. Versionum deinde in omnibus fere linguis vel singularum vel omnium odarum ingens copia exsistat. Nec denique defunt virorum doctissimorum commentationes ac notæ, quorum, præterquam quæ editionibus ac versionibus adjectæ reperiantur, Schneiderianas heic nominasse sufficiet; quæ vero cum in omnes græcæ poëeos partes, & multa quidem doctrina, divagentur, lectoresque haud modica philologicæ eruditionis copia instructos ac subtiliori venuſtatis poëticæ sensu imbutos postulent, tironum usibus minus adcommodatae videntur. Suus igitur Anacreonti fortasse desideratur Jani aut Mitscherlich, quicquid & de istiusmodi

*interpretatione dixerint critici quidam.* Non quod *Anacreonticis carminibus explicandis opus sit vel eo copiosioris doctrinæ apparatu vel subtili illo recti verique sensu, sine quo ne legi quidem recte poterit Horatius; sed quia multum in eo versari videtur, ut æsthetica poëtæ lectione sensum veri pulchrique satis excultum tirones accipiunt, nec unquam pro vera sua indole aut explicari potest poëta noster aut venustates ejusdem propriæ recte sentiri, quamdiu verbis solummodo interpretandis inhærentes, non universam etiam carminis rationem elegantius evolvere conamur. Hac itaque ratione cum ne *Fischeriana* quidem, quamvis præclarissima, editio desideriis omnium respondeat, quæ præterea, quod varias vñtorum notas, non integras modo, sed pluribus etiam in locis dissipatas, congesit, lectorem, antequam optatis potiatur, molestissime fatigat; appareat certe, non nihil adhuc & futuro *Anacreontis* editori & scholastico quoque magistro faciendum supereesse, si hoc sibi habet propositum, ut *Anacreontis* lectione tiromum artimos subtiliori venustatis sensu imbutos reddat; quo si paululum conferre licuerit, haud plane supervacuum spero fore, quæcumque nostra hic fuerit opella. Sin minus feliciter cesserit res nostra, æquiori tamen id animo feram, dum modo nostra neminem deterrant vestigia, sed alios eosdemque doctiores at rem felicius atque plenius tractandem instigare possit; id exspectans præterea, ut, si*

qvid

*quid a me erratum invenerint, nostræ hoc potius culpæ, quam euidam rei ipsius pravitati adtribuant.*

*Ne quis tamen hac a nobis ita dici existimet, quasi velim ipsas comparationes, quales a me hic prolixius fuerint institute, integras commentario cuidam inscrendas esse, quod et scriptori certe longum foret, & lectori fortasse tedium quandoque moveret. Satis erit, si modo nec præceptor aliquid eorum, quæ vel ad autoris ingenium operisque indolem probe cognoscendam vel ad sensum veri rectique inter tirones subtiliter acuendum conducere possint, intactum prætermittat; nec discipulus ut in prosaicis auctoribus ita & in poëtis omnia quam celerrima lectione percurrendo adfrescat, fretus incerto quodam ac obscuro recti venustique sensu; cui vero, nisi diligenti optimorum cujusvis generis exemplarium lectione satis fuerit subactus, haud nimis pretii est tribuendum. Quare quidquid in isto genere legendum atque explicandum proponatur, id nec inepte & ad subtilioris æsthetices præcepta exigi videtur et comparationibus probe instituendis veluti in trutina judicii subtilioris pensari. Cf. etiam quæ de comparationum inter antiquiores poëtas instituendarum utilitate rectissime egit vir de literis humanioribus in patria meritissimus quondam, Jacobus Baden, in prolusione,*

*quæ*

rem quoque omisso reliqua præfandi molimine, quo magis doctissimo cuique lectori notam esse venustam illam de Anacreonte dissertatiunculam statuere debo, eo me tutius ad ipsam rem accessurum arbitrabor.

Primum Anacreontis Odarion.

Θελω λεγειν Ἀτρεπίδας,  
Θελω δε Καδμον ἀδειν·  
& βαρβίτος δε χορδας  
Ερωτα μουνον ἵχει.  
5. ημειψα νευρα πρωην  
και την λυρην ἀπαγκαν,  
και γα μεν γέδον αὐθαδος  
Ἡρακλεος λυρη δε  
Ερωτας ἀντεφωνει.  
10. καιροιτε λογκαν ἵμιν  
ηγωεις η λυρη γαρ  
μουνος Ερωτας ἀδει.

Summa carminis, quæ prima fronte et mediocriter attento lectori occurrit, in eo versatur, ut solo amore lyram Anacreontis resonare docent. Quid argumentum, quo nihil simplicius, tum solerti quodam antitheto feliciter propositum, tum facilis orationis et figura et colore oculis quasi objectum, nova quædam luce et venustate viget. Quare quod de anacreontica oratione in universum pronuntiavit dulcissimus Anacreontis interpres Rainerus\*), quam, tametsi simplicissimam atque facilissimam, eo tamen, quo se a vulgari sermone destinguit, nunquam non colore tintam docet, id in hocce præsertim odario valere, nemo est, qui inficias eat. Neque vero id imaginum atque figurarum aut copia aut splendore fieri videmus, at nescio quæ felici ac netiva orationis facilitate, ut quivis sibi speret idem, sudet vero multum frustraque laboret ausus idem.

De

\*) Anakreons auserlesene Oden, Berlin 1801, Pag. 5.

*quid a me erratum invenerint, nostræ hoc potius culpæ, quam euidam rei ipsius pravitati adtribuant.*

*Ne quis tamen hæc a nobis ita dici existimet, quæsi velim ipsas comparationes, quales a me hic prolixius fuerint institutæ, integras commentario cuidam inferendas esse, quod et scriptori certe longum forct, & lectori fortasse tedium quandoque moveret. Satis erit, si modo nec præceptor aliquid eorum, quæ vel ad autoris ingenium operisque indolem probe cognoscendam vel ad sensum veri rectique inter tirones subtiliter acuendum conducere possint, intactum prætermittat; nec discipulus ut in prosaicis auctoribus ita & in poëtis omnia quam celerrima lectione percurrendo adfescut, fretus incerto quodam ac obscuro recti venustique sensu; cui vero, nisi diligenti optimorum cuiusvis generis exemplarium lectione satis fuerit subactus, haud nimis pretii est tribuendum. Qvare quidquid in isto genere legendum atque explicandum proponatur, id nec inepte & ad subtilioris æsthetices præcepta exigi videtur et comparationibus probe instituendis veluti in trutina judicii subtilioris pensari. Cf. etiam quæ de comparationum inter antiquiores poëtas instituendarum utilitate rectissime egit vir de literis humanioribus in patria meritissimus quondam, Jacobus Baden, in prolusione,*

*quæ*

que inscribitur; „*Fabula Phædri* 1, 5, comparata cum duabus græcis similis argumenti,“ Havn. 1773. Multa sane de nostra commentandi ratione adhuc dicenda forent, que vero, ne fines pro grammatis excedere videremur, nunc succidenda putavi atque in commodius quoddam tempus deferenda.

---



Cum inter omnes, quotquot primo loco censentur recentiorum pariter ac antiquorum poëtz, pauci reperiantur, quorum in carminibus clarius, quam in Anacreonticis atque Horatianis, vigeat genuimum auctoris ingenium, quæque proprium ejus characterem ea veritate atque candore prodere ac veluti in effigie exprimere videantur; haud immerito quoque exigi potest, ut, si quis sibi de his proposuerit agendum, eidem & de illo scriptorum ipsorum ingenio quædam sint præmitenda, quippe sine quibus nec ipsa poemata aut in deliciis lector plane habere aut satis eleganter atque subtiliter interpres exponere possit. Id quod et singulari exemplo probavit, ut recentiorum inter Germanos poetarum, ita et Horatii inter pretum facile princeps, Wielandius, qui in prolegomenis ad epistolas quasque Horatianas eam non modo in universum ingenio auctoris, sed et variis, quæmentem ejus direxisse videbantur, rationibus lucem assudit, ut inter legendum in tabula veluti depictam totam poëtz mentem animique rationem oculis obversari putemus. Quamobrem & id mihi hoc loco negotii incumbere putassem, ut, explorato prius, quam ipsa sub examen carmina revocarem, ipsius auctoris ingenio, quidquid ad rem præterea pertinere videretur & adderem et argumentis inde hæfisis firmarem, ni hunc mihi laborem jamdudum bene præreptum et, ne alios dicam, cel. Mansonem in additamentis ad Theoriam Sulzerianam Vol. VIto de Anacreonte ita perite ac eleganter egisse sentirem, ut quicquid mihi in hanc partem adhuc disputare licuisset, supervacaneum forte videretur. Quamobrem

rem

rem quoque omisso reliqua præfandi molimine, quo magis doctissimo cuique lectori notam esse venustam illam de Anacreonte dissertatiunculam statuere debo, eo me tutius ad ipsam rem accessurum arbitrabor.

**Primum Anacreontis Odarion.**

Θελω λεγειν Ἀτρειδας,  
Θελω δε Καδμον φέδειν·  
αὶ βαρβίτος δε χορδαις  
Ερωτα μουνον ἥχει,  
5. ημειψα νευρα πρωην  
και την λυρην ἀπατην,  
καγια μεν γέδον αθλους  
Ἡρακλεους λυρη δε  
Ερωτας ἀντεφωνει.  
10. Χαζοιτε λοιπον ημιν  
ηγωεις η λυρη γαρ  
μουνος Ερωτας φέδει.

Summa carminis, quæ prima fronte et mediocriter attento lectori occurrit, in eo versatur, ut solo amore lyram Anacreontis resonare docent. Qvod argumentum, quo nihil simplicius, tum solerti qvodam antitheto feliciter propositum, tum facilis orationis et figura et colore oculis quasi objectum, nova quadam luce et venustate viget. Quare qvod de anacreontica oratione in universum pronuntiavit dulcissimus Anacreontis interpres Rainerus\*), quam, tametsi simplicissimam atque facilissimam, eo tamen, quo se a vulgari sermone destingvat, nunquam non colore tintam docet, id in hocce præsentium odario velere, nemo est, qui inficias eat. Neque vero id imaginum atque figurarum aut copia aut splendore fieri videmus, at nescio quæ felici ac nativa orationis facilitate, ut quievit sibi speret idem, sudet vero multum frustraque laboret ausus idem.

De

\*) Anakreons auserlesene Oden, Berlin 1801, Pag. 5.

De rerum in hocce carmine disponendarum ratione non est, qvod multa lo-  
quuntur, qvippe qvam paucissimis hilce verbis amplecti licet: „Graviora canere  
musæ detrectat, quamobrem in amore, levioris generis arguento, in posterum  
qvoqve tractendo versabitur”. Neqve pluribus monendum esse putavi, qva con-  
versionis elegantia atqve lepore ista commendaverit poëta, qvæ sit in orationis co-  
lore simplex ac nativa svaritas, et qvam heic omnia sensibus objecta florent.  
Apparet sedulus auctor, qvem demum, cum splendiido cuidam epico carmini ela-  
borando frustra studium adhibuerit, ingenuo fateri non pudeat: „amphora coe-  
pit institui, currente rato urceus exit”; ingeniosa vero conversione lyram sibi  
contumacius parere singit, suamqve cum illa contentionem lepide narrans, simi-  
pliori arguento novitatem simul ac nativam dulcedinem conciliat. At in pri-  
ori tamen argumenti hujus parte neglectam esse nonnunquam ab interpretibus  
istam temporum diversitatem, qva, cum in qvinto versu a proposito ad rem vere  
factam translat auctor, majorem & rei & orationi vigorem addit, qvam si simplis  
citer ingenium epico arguento plane non sufficere affirmasset, eo potius miror,  
qvo non modo majorem alioquin adcuratior ista interpretatio ipsi carminis tenori  
lucein assundere potuisset, verum etiam qvo convenientior inde transitus nascere-  
tur, qvo dulcior conversio, qvo nativius denique magisqye lepidum argumentum  
hinc petitum.

Reliquum est, ut de metro pauca dicantur. Mire convenit versus Anacreonti  
familiarissimus, jambicus nempe dimeter catalecticus, per se fugax, volubilis ana-  
creontica levitati; id qvod, compositis infra carminibus aliorum poetarum heroico  
vel elegiaco metro conscriptis, luculenter patebit. Quantum igitur disertis ipse  
verbis, tantum qvoqve numeris flatim ac sono argumentum carminis atqve in-  
dolem prodit. Mutato autem metro, fieri non potest, qvin pereat multum A-  
nacreontica venustatis. Qra in re eum sibi nonnunquam indulserint recentiores  
qvidam interpretes, præsertim si qui διαιρετέλευτος versus reddere studuerunt, in-  
genua sua ac liqida simplicitate-Anacreontem privosse facile sentientur, cuius  
modi sunt, ut nos tristum operibus modo immoremur, danicæ qvædam hujusau-

toris vel metrice versiones vel, si potius ita appellandæ sunt, imitationes, alioquin non contemnendæ. — Vellum denique omissos esse e tironum saltem exemplari- bus omnes grammaticorum accentus, qui, nisi quis eorum aut indolem plane in- telligere aut usum omnino negligere didicerit, inexercitatum folium modo confun- dunt lectorem, auresque a numero modoque dimoventes metricam euphoniam non modo non provehunt, sed potius omnino extingvunt.

His itaque obseruat, nihil est præterea quod obstat, quo minus quicquid & Anacreontis ingenium præterea illustrare & ad sensum veri rectique apud tirones acuendum conferre videatur addituri, ipsum nunc carmen per partes suas expo- situm cum aliis ejusdem generis vel passim vel universo componamus.

v. 1. Θελω λεγειν], oppositum τῷ „μενον ἔδει” vel qto, quemadmodum γῆμειψα & ἥδον posthac τῷ αὐτοφωνει. Sensus est: evideb illa canere volo, non vult autem lyra; quæ oppositio clarius postea potebit, cum expresse dicetur: καγὼ μὲν ὥδον αἴθλους — οὐ λυρη δε Ερωτας αὐτοφωνει. Varie ceterum, quamvis poetice, ista licuisse exprimere, ex. gr. „evideb majora cum canere studebam, prohibuit imbecillitas ingenii”; vel: „grandia musis invitatis parabam”; vel sic: „majora parantem abstinuit amor, abstinuerunt musæ”; vel tale quid; — at Anacreon contumacem lepide fingit Iyram, quæ quoties pulsabatur, obstinate so- lium resonabat amorem. Qvod autem ingeniose hic testudinis pervicaciaz tribuen- dum dicit, id ipsi Veneri non minus feliciter adsignat Horatius, Od. 1, 19, 9:

„In me tota ruens Venus  
Cyprum deferuit: nec patitur Scythas,  
Et versis animosum equis  
Parthum dicere, nec quæ nihil attinent.”

Præterea quæ poetarum in id genus argumento eleganter tractando esse possit varietas, nusquam magis, quam apud eundem Horatium, apparet, qui, quanquam non disertis ubique verbis, ejusmodi sèpenumero usus est excusatione. Exemplo heic apposuisse sufficiat Epistolar. II, 1, 250 usque ad finem; vel Ode. I, 6, quod carmen, cum idem plene sibi propositum habeat argumentum, hic passim conferre non inutile videbatur. Simplicior quidem de se ipse Anacreon Θελω, inquit, θελω, θελω φθειρε; urbanius autem Horatius: „Scriberis Vario &c.” Nobilissimum enim hominem allocutus non sibi met ipse, sed Agrippæ, præcipuum hic locum tribuit, neque se non scripturum, sed Agrippam ab alio scribendum esse dicit; causam deinde commeniorans, cur illum mænori carminis aliti celebrandum putat, „fortis” enim erat „et hostium vitor”. Eleganter denique, suum de his rebus silentium exculaturus, Vario has partes summamque simul laudem concedit; nihil autem de aliis laborans Teius vates solummodo quid sibi placeat aperte profitetur.

Nec utique comparasse poenitebit Ovid. Amor. I, 1, „Arma gravi numero cet.”, quo quidem in carmine neque ingenii tenuitatem neque lyræ pervicaciam prætexens, unum vero pedem carminis, dum arma violentaque bella heróico versu canere parabat, sibi a Cupidine furtum surreptum facete satis conqueritur vates, qua vero in re solertiam hujus autoris cum illius genuina simplicitate compo-  
suisse juvabit.

Restat modo, ut antequam ad cetera transeamus, temporum illam diversitatem, de qua nuper, paucis adhuc illustremus. Ab initio carminis recte præsens Θελω & φθεi adhibetur, cum et de sua mentis animiqve ratione et de lyræ genuina indole, quæ semper eadem permaneant, loquatur poeta. At vero a quinto inde versu ad nonum usque in aoristo & imperfecto (*ημειψις*, *ηδον*, *αντιφωνει*) rem vere factam exempli causa narrare videtur, ut inde quasi argumentum petat, quo se quidem non invitum, lyram vero rigide pervicaceim demonstrat. Quod quo apertius profitetur auctor, eo magis nativam excusationi suæ dulcedinem afflare

sen.

sentitur. Minus igitur recte elegantissimus alioquin Ramlerus: „wollt ich singen,” & „meine Saiten ertönen nur von Liebe.” Qvod si ita fuisset, nihil aliud dixisse videretur altera carminis pars (v. 549), quam priores isti quatuor versus, excepto qvod illic de Atreidis & Cadmo, hic autem de Hercule se cantarum nuntiasset.

[*Λεγειν*]. Tironibus menendum erat, το λεγειν, quemadmodum et Od. 16: συ μεν λεγεις τα Θηβας, idem esse ac proxime sequens ἀδειν, ut quoque Latinorum dicere pro canere, (Horat. ep. 1, 1.), et græcorum επω, unde επος & επικη ποίησις, et επειω, v. c. Αρδgas μοι επεικε Μεσα, Odyss. 1.

[*Ἄργειδες* — Καδμος] de bello Trojano & Thebano accipiunt, ut infra Od. 16: τα Θηβας και Φρυγων αὔτας, qvod vero minus poeticum foret. Rem elegantissime vidit Ramlerus, qui per *Ἄργειδες* non Agamemnonem ac Menelatum intelligendos esse docet, sed totam Atrei familiam, quales fuerunt prater istos adhuc Orestes, Clytemnestra, Helena, Atreus, Thyestes, Egesthus, quorum οὐρανα tragoediis frequenter ac epico carmini materiam dedere; eademque ratione Καδμον non de eo solo et multo minus de bello post tempora hujus a Polynice gesto valere, latius autem de infelici ejus progenie atque successoribus, quorum v. c. Pentheus, Agave, Acteon, Semele, Ino, Oedipus in mythologia & tragoediis innotuere. Id enim agere videtur auctor, ut epicas atque tragicas res imbelli sua lyra plane non optas esse demonstret, qvod autem poeta non ita generatim aut simpliciter pronuntiandum erat. Quare sibi phantasia simplicissima quæque, qualia sensibus veluti accipere possit; non autem ista claritate fulgent generaliores idea; quare cum vel poeta vel pictori talia occurruint, ne mentem potius quamphantasiam lectoris distentam tenent, non aliter quam prægnanti qvædam συνενδοξη semper sunt proponenda. Qvod & eleganti exemplo docuit Cvid. Amor. 3, 12, 15:

„Qyum Thebæ, qyum Troja foret, qyum Cæsaris acta,  
Ingenium moyit sola Corinna meum.”

α βξρ

αἱ βαρβίτοις] copiose de his vocibus egit Fischerus.

χορδαῖς] neutriq;am abundat. Non enim inertes sunt nervi sonum edentes, rem. que sensibus clarius percipiendam tradunt. Quare doctius adhuc et magis poetice, qvāq;am non ita simpliciter dictūm videretur, si, non lyræ sed chordis sonum tribuens neque dative instrumenti usus, hunc in modum fere dixisset;

της βαρβίτες δὲ χορδὴ<sup>ν</sup>  
Ερωτα μένον ηχεῖ.

Ερωτα]. Non infrequentē metonymia deum amoris pro ipso Amore; et poetice satis, cum non modo phantasmā minus afficiat res abstracta, quam ista προσωποποιία, verum etiam deus ipse et hominum laude dignior esset et Atridis Cad. mox melius eponeretur. Dulcius tamen Ovidius l. c. „ingenium movit sola Corinna meum”; notior enim est Amoris persona et tertiior imago, quam ut illa novitatis luce ac tenera dulcedine floreret.

μένον] Nil enim nisi amorem et vienū, i. e. argumentū leviora contaturus est Anacreon, „sola Corinna”, Ovid.

ηχεῖ] bene convenit lyræ, cum λύραι vero de ipso dicitur poeta. Improprie tamen doctiusque infra v. ult. etiam lyrā dicitur ἡχεῖ.

γυργοῦ — καὶ την λυραν ἀπασαρ]. Iocula gradatione, quantum ejus interfit, ut graviora, canat affirmare videtur. Nervos primum tentavit mutare, i. e. firmiores pleniusque sonantes chordas intendere, quod cum inutiliter factum sentiret, ne intentatum relinqueret aliquid, totam deinde lyram cum alia eademque validiori commutavit. At omnia frustra. — Ceterum, ablata imagine, chordarum lyræque permutatio permutatum carminis genus manifesto significat.

*καὶ μὲν γὰρ αὖτες Ἡρακλεῖον] Rem sibi elegit heroico carmine dignam, Herculis ærumnas ab antiquis valde celebratas, res nota. Dulcedine vero non caret simplex et genuina confessio. Modeste quidem Horatius, 1, 6, 5. 12, a tantis rebus, quibus plane se imparem profitetur, abstinentiam putat; noster autem ingenue faretur, labore suum, cum operi re vera accingeretur, omni caruisse successu. Pleniorum præterea epicæ poeseos materiem congerit ille:*

„— — — neque hæc, neque gravem  
Pelidæ stomachum, cedere nescii,  
Nec cursus duplicitis per mare Ulixet,  
Nec savam Pelopis domuin.”

Quibus Iliadem, Odysseam Græcorumque tragœdias intelligi satis appetet. Ejusdem generis hæc sunt, haud præter rem subinde addita:

„Quis Martem tunica tectum adamantina  
Digne scripserit? aut pulvero Troico  
Nigium Merionen? aut ope Palladis  
Tydiden superis parem?”

nam non ferret solum adjecto antitheto: „Nos convivia, nos proelia virginum cantamus &c.” callide excusare pergit, sed et Agrigpt, quem pari cum fortissimis quibusque belli trojani diis atque heroibus loco ponendum significat, blandiri. Nulla vero Anacreontis in hujusmodi rebus ars est, nulla rerum copia, nulla in alios urbanitatis officia. Neque omnino ejus esse videtur, ut ullius usquam, præter sui ipsius, in carminibus suis rationem habeat; quamobrem & hic brevior est ac simplicior, pro ingenii ac instituti ratione.

*Ἐρωτα] Supra vs. 4to unum solu modo nominat Ερωτα, hic vero plures quemadmodum et Od. 5, 1, τὸ γόδον το των Ερωτων. Constat enim veteres modo unum*

num Veneris filium Eρωτα, modo duos Eρωτα και Ιμερον, modo denique coetum Amorum, Veneris comitum, promiscue fixisse. cf. Theocrit. εις γε. Αδων. 41, Bionisque επιταφ. Αδων. 2, & Horat. carm. 1, 19, „Mater sava Cupidinum.“ Qvamqvm non reticenda videtur ingeniosa Ramleri interpretatio, qvi de amoribus Herculis hic agi putat, qvafsi esset in textu ερωτας αυτου, lyraqve poetam suum ita jocose ludibrio habuisse; cui etiam sententia accederem, si ex alio qvodam Anacreontis loco probari potuisset, vocabulum ερωτας (in plur.) de hac re loemne fuisse. Rem intactam reliquit Fitcherius, in vocabulorum interpretatione alioquin diligentissimus.

*ευτεφανει] φωνη* h. l. idem qvod supra vs. 4 νχεω. Additum *αυτη* contumaciam lyræ designat. Cæteroquin si & hic Horatii 1, 6, 9 seqq. componere libuerit, satis apparebit, qvænam sit, pro diverso auctorum indole, scopo atqve conditionibus, cogitandi dicendiqve varietas, qvæque, si recte consideretur, ad autores probe cognoscendos eorumqve carmina eleganter interpretanda haud parum facere potest. Horatius enim, cuius ea conditio fuisse videtur, ut vel saepius res gestas Augusti, forsitan et Agrippæ, canere rogaretur, vel saltem tale carmen a se, neque id inmerito, exspectari putaret, nulla tamen mercede induci potuisse videtur, ut qvi Brutum Cassiumqve qvondam esset secutus, is nunc, civile commemorans bellum, aut Cæsaris, qvi et ipse forsitan hujus rei memoriam potius extinctam cupiebat, acta laudaret, aut, qvod Asinium ipse Pollionem (Od. 2, 1.) dehortatur, opus aleæ periculoſe plenum tractaret et per ignes incederet subpositos cineri doloso, (qvibuscum conferre non poenitebit Epistolar. 1, 18, 59 seqq. et qvæ de hac præfertim re unice dixit humanissimus Wieland\*). Qvamobrem in istiusmodi excusationibns et politam humanitatem, qvæ nil extra numerum fecisse modumqve curat, et probum pectus, qvod, si unqvam, in Horatianis certe carminibus ciam ipso autore centies emicet, pariter admiramus. Nil autem tale moliti Anacreontis est, cuius tota fortunæ conditio sic ne Polycrati quidem ob-

noxia

\* ) Horazens Briefe, 1, Taf. 296 fg.

noxia fuisse videtur, ut ad frontis unquam urbanæ descendere præmia necesse haberet. Ingenii tenuitatem, qvæ grandia frustra conata erat, prætexens, neq; aliud quidquam respiciens, oneri se subtrahit; ridemus jocofam lyre contumaciam & seculo hilarique veniam facile damus autori. Neq; præterea mihi temperare possum, qvin, qvæ Tibulli Horatiique comparationem instituens de illo eleganter dixit Wielandius ſepe laudatus\*), ea et mutato nomine de Anacreonte qvoq; dicenda putem, &, ne ulla versionis culpa currumpantur, ipfissimis autoris verbis heic apponam: „Wirklich war viele Ähnlichkeit zwischen ihnen, zualn in der Neigung zum unabhangigen und müßigen Landleben &c. Aber die Verschiedenheit in der Modification derselben, und ſelbst in den Grundzügen ihres Geistes, ſcheint doch weit größer gewesen zu feyn; als jene Aehnlichkeit; und wiewohl man in den Elegien des Tibulls Gedanken und Bilder von der größten Zöithet entrifft; fo findet ſich doch, meines Erinnerens, nichts darin von dem philofophiſchen Geiste, der durch die Horazischen Werke atmet und ihnen einen ſo eignen Charakter von Scharfsinn und verfeinertem ſensu communis giebt. Tibulls (Anakreons) eigner Charakter ist, mehr — oder fast ganz allein — verfeinerte Sensualität. Nur diese, von einem romantischen Schwung der Phantasie gehoben, könnte ihm die erste und schönste ſeiner Elegien, und diese rührende Vermengung von Schwärmerey der Liebe und Todesbildern eingeben; (Qvis est vero cui non hic in mentem veniat qvatu eademq; dulcissima Anacreonis oda: *exi pugnatis regibus &c.*); aber nichts kann uns glauben machen, daß ein Bild wie dieses:

— Tacitum sylvas inter reptare ſalubres  
Curantem qvieq; dignum sapiente bonoq; eſt,  
auf ihn hätte passen, oder ſo ein Wunsch wie dieser:  
Sit mihi qvod nunc eſt, etiam minus; ut mihi vivam\*\*)  
Qvod ſupererit ævi &c.

\* ) ibid. Pag. 99 seqv.

\*\*) Anacreon & ipſe ſibi vivendum putat, ſcilicet ut vino amoriq; otiosus ac ſecurus indulget. Cuicunq; vero exponendum eſt, qvænam in dicto Horatiano viſ ſit, eidem certe non ſcripſit Horatius.

jemals in seine Seele gekommen sey. &c. &c. — Tibulls Leben war ein Traum, und sein Glück eine süsse Berausbung der Seele; (qvæ ad Anacreontem quoque pertinere docet pulcherrimum illud Clodii idyllium\*), quo omnes carminum anacreonticorum scenas uno tenore dispositi); Horaz hatte wachend gelebt, und durch seine Erfahrung zwei grosse Schätze gewonnen, Weltkenntniß und Kenntniß seiner selbst. Zwar hatte er auch gespielt (Epist. 14, 36.) und schämte sich dessen nicht; aber er wußte aufzuhören, und der Tumult des Lebens und der Ergötzungen hatte sein Ohr nicht stumpf gemacht, die leise Stimme seines Genius, seines bessern Selbst zu hören, die ihn ermahnte, mit sich selbst zu leben, und in sich zu suchen, was die Menschen sonst überall suchen, als da wo sie es finden würden, und sich dann verwundern oder ärgern, daß es nicht zu finden sey". Egregie! at vereor quid inde redeat Anacreonti; ne qvod a Tibullo, id et ab eo plane alienum sit, qui senex jam non dubitat affirmare:

ώς τῷ γεγοντὶ μαλῶν  
πρεκει τὰ τερπνά παιζεῖν  
όσω πελας τῷ Μοίρῃ. (Od. XI, 9),

non præter solitum levis. At redeundum est ad nostrum carmen.

*χαιρούτε]. Copulam οὖν in prosa oratione frequentem respuit vigens poeta phantasias, cuius id non esse videtur, ut seriem atque nexum cogitationum auctoracie quaerat aut diligenter ostendat. Ceteroquin hunc Anacreontis locum recte Burmannus Ovidium ait respexit, qui cum amor. 2, 1, 35, eadem ratione extulit erat: „Ausus eram, memini, coelestia dicere bella”, ita quoque definit:*

— — — — heroum clara valete  
Nomina; non opta est gratia vestra mihi!”

C

dul-

\* Präfationi etiam editionis Briegerianæ insertum est idyllium, sicut videtur definens: „so sang er, und die Gratiæ lauschten und lernten seine Lieder, um sie dereinst dem geistreichen Flaccus und zärtlichen Gleim vorzufügen.”

dulcior certe & auctior, quam apud Anacreontem, carminis exitus; cuius  
 η λυρη γαρ μονες ἐρωτας αδει, negligentius repetitum, quodammodo certe frigere  
 videtur, praesertim si vel cum illo Nasonis verso, vel cum lepidissima ratione  
 comparetur, qua sextum Horatius carmen claudit:

„Nos conyivia, nos proelia virginum  
 Strictis in juvenes ungviibus acrum  
 Cantamus, vacui, sive quid urimur,  
 Non præter solitum leves.”

qvibus in versibus, qyanqyam non anacreontica simplicitas, tanto potius autem  
 horatianæ facetiae lectoris animum oblectant.

<sup>[Hḡwes — Eḡw̄tas]</sup> Dulcis nec longe petita hic inter Heroës (Atridas, Hercu-  
 lem aliosque epicis carminis homines) & Amores, mollem Veneris progeniem,  
 antithesis occurrit. Eamque ipsam ob causa, quod ad ἑρωες nunquam insurge-  
 re ausa μονες Eḡw̄tas cantabat, ab Horatio & joco sa & imbellis per sepe ly-  
 ra vocatur. — Sensus est: remissis igitur sublimioribus poëseos generibus, levio-  
 ra solummodo de amore carmina canam.” Hoc erat, quod cum sibi nuntiandum  
 proposuisset auctor, viam sibi aperuit, ista de ingenii tenuitate periculisqve fru-  
 stra factis breviter narrando.

Placet adhuc, ne quidquid in patriis opibus eximii sit negligamus, anteqvam  
 ad cætera progrediamur, egregiam Luxdorpii nostri versionem adjungere. (vid.  
 ejus *Carmina* Pag. 100):

„Atridas, Cadinumque, & bella cruenta, parabam.  
 Insonuit solo dulcis amore chelys.  
 Error erat. Muto nervos, totamque refingo.  
 Motaque erat pravo dissona chorda loco.

Utque iterum Herculeas tentabam pollice laudes,  
 Ecce! iterum nervis ingeminatur amor.  
 Vincimur. Heroës, bellatrix turba, valete!  
 Materiam posthac suppeditabit amor."

Magnam certe, ne quid de negligentiori Anacreontis brevitate dicam, & nuda simplicitatis partem carmini abstulit metri mutatio, lingua tamen potius quam auctori tribuenda. Licet enim & ad Anacreontem proxime accedat versio, latini sermonis elegantiâ insignis, & passim ne Ovidio quidem indignam dulcedinem spiret oratio; non tamen, ut supra monuimus, elegici versus levitati anacreonticæ satis accommodati videntur, id quod etiam ostendunt gracie quædam aliorum carminum imitationes, v. c. Polladæ (vid. Anthoi. II, 47.) paraphrasis Odarii XI<sup>m</sup>; vel Bionis quæcumq; idyllium decimumq; fragmentum (in edit. Jacobsi), ejusdem cum XXX<sup>mo</sup> Anacreontis odario argumenti, quanquam aliis, de quibus autem hic non agendum est, rationibus diversum. Neque οὐγονδεπτη Theocriteo (idyll. XIX; Brunck. Anal. I, P. 368.) nativæ dulcedines desunt, quibus XL<sup>iam</sup> Anacreontis odam quandoque etiam superare posset, nisi obstatet Hexameter, nimiam, ut videtur, carmini gravitatem tribuens. De cetero cum Luxdorphanum carmen eam, quæ cuivis recti venustique sensu imbuto sponte eluceat, elegantiam atque svavitatem præ se ferat, non est quod eidem aut per partes examinando aut cum autographo prolixius compонendo immoremur.

Reliquum est modo, ut si quæ et alio loco scripserint autores idem spectantes, ea & nos cum anacreontico nostro carmine generatim componamus. Hujus igitur generis esse videntur, præter XVI<sup>am</sup> ipsius Anacreontis odam, Horatii carm. I, 1; & Ovid. amor. I, 1, de quibus pauca sunt adhuc dicenda.

Enimvero XVI<sup>ti</sup> Anacreontis odarii haud impar appetet esse ratio. Idem argumentum, eademq; antithesis inter epicas lyricasq; materias, quin et idem significant τα Θηβαὶ καὶ Φεγυρῶν αὐται, ac hoc in loco Ατρειδαὶ καὶ Κακῶς. Ve-

runtamen nova iterum ratione, sed pari facilitate ac dulcedine, ad finem usque allegoriam perseqvi callet, præcedentibus quam optime ac simplicissime consentientem.

Compositis præterea duobus illis Anacreontis & Horatii carminibus, non possumus sere, qvin utrumqve carmen ab ipsis autoribus eo consilio et si non scriptum judicemus, at electum tamen, qvod præstationis instar primum voluminis locum teneret. Suum quisqve professus institutum, urbana pariter ac lepida ratione indicat, nullam sibi, præter lyricsm, poësin aut placere aut prospere succedere, neqve igitur se, nisi lyricalia, carmina scripturos; uterque tamen nil sibi arrogans, nihil magnō promittens hiatus; eximius utriusqve vigor, eximia facilitas atqve dulcedo. At nostra magis interesse videtur, si qvæ sit utriusqve in arguimento suo eleganter tractando non ars modo, sed et ingenii indeoles diuersumqve judicium, recte observare potuerimus.

Idem utriusqve argumentum, diverso tamen auctoris ingenio diverse excultum. Anacreontis id est, ut se, cum grandia frustra conatus sit, levioribus in posterum argumentis recte immorari doceat; Horatianam vero rationem ita sere breviter exprimere licet: „Suum cuiqve; meum est, si lyrici tantummodo nomine dignus habebor.” Ille se nihil aliud posse profitetur, hic autem aliud se canere nolle; uterque tamen nihil de suo studio gloriatus aut ob id sibi magnopere placens, quasi vel maiorem illud artem vel præstantius ingenium reqvireret. Alter enim quibuscunqve aliorum hominum negotiis ac studiis suum pari loco adponit, neqve hoc illis alia de causa, quam qvod sibi carius sit, præferendum censer; alter vero nihil de aliorum studiis laborans, lyricum autem heroico carmini directo postponens, ingenium huic plane sufficere negat. Qvare quoqve Horatius, cum neglectis quæcunqve ceteris hominibus voluptati esse soleant, ludi neimpe circensis, mercatura, agricultura, conviviis, otio, bellis, venatione, summo se lyricæ poëseos amore teneri affirmet, eo facilius quoqve, et multiplici rerum varietate et imaginum vigore ac venustate, lectoris non modo phantasmum ob-

oblectare, sed et animum perjucunde distentum alere potest. Qvorum nibil A. nacreonti contigit, cuius totum carmen ingenioso cuidam antitheto innititur, quamobrem et ipse levior est; ac poëmatum ejus breve, bellum atque urbanum, cum una solummodo in re facile tractanda versetur, nullo legentem negotio exhibet, nec ullam præterea ulterius contemplandi causam exhibens. Neque aliud est utriusque dicendi genus, pro diverso et auctorum ingenio & argumenti in dole diversum; in Horatio exquisitus quidem ac splendidius, in nostro autem ita facile, incomptum atque simplex, ut quivis sibi speret idem. Quo pertinet et metri genus utriusque proprium, neque, ut antea satis monui, facile permutandum. Facilitas quidem et inventionis et verborum utriusque carmini inest, at diversi fere generis. Alter paucis rem suam absolvit, eodemque, quo sibi canendum instituerat, momento peractum quoque carmen videtur; in alterum undique se fluminum instar imagines ingerunt ac scenæ ubiores, in quibus igitur depingendis prægnanti brevitate opus erat; adeo ut quantum inexhaustam hujus ac vigentem copiam admirati, tantum quoque, facili illius ac nativa dulcedine capti, delectamur.

Maximam imaginibus Horatianis vim addit splendida lux, quem iisdem assundere, & animatus iste vigor quo, singula propondere calluit auctor, dum id modo temporis punctum eamque ipsam rei conditionem elegit, quæ lectoris phantasiæ potentissime afficere totamque oculis imaginem quam præsentissime veluti ostendere possit. Cum eo ludis modo circensibus, modo turbulentis concionibus ipsi adsumus; nunc gnatum agricolam parvo contentum felicem prædicamus; nunc pavidum nautam dolemus tempestatis misere jactatum; nunc iterum otiosi ac securi ad rivum in herba jacemus; mox deinde nos rapit ad bella tubarum clangor, aut feram ardenter venantes persequimur. Ne multa: ab uno phantasmatæ ad alterum vi invicta correpti, in mediis illico rebus versamur. Levior autem ac facilior Anacreontis ratio est, quæ non imaginum copia, varietate, vigore ac dulcedine lectoris animum afficere potest, at solummodo nova quædam conversione & ingeniosa antithesi, in qua summa totius carminis versatur, nonnihil delectare. Grandis parare videtur probum auctoris consilium, quare novi

tentaminis exitum attenti exspectantes, cum & hoc parum feliciter cedere videamus, autorem benebole excusamus, festiva tamen, qva se rei subduxerit, ratione haud parum delectati.

Neque minorem denique utriusque carminis diversitatem psrit diversum utriusque auctoris ingenium animique indoles, de qva supra satis dictum videtur. Horatius ubique doctior atque gravior, sanæ mentis, nec phantasia solum, sed animo cordique scribens, pressa ac veluti stipata, ut imaginum, ita et sententiarum, copia, vi, et gravitate potentior, et, qvomvis dulcissimus, plerumqve tamen Anacreonte splendidior. Hic vero simplex, planus, lepidus, mollis, quotidianæ orationis, incomta et nativa venustate dulcissimus. Uberiorem ille cogitandi materiai præbet, hic vero paucis totum, de qvo agit, argumentum exhaust, qvippe qvod nec prægnanti rerum gravitate exuberet. Qvo plenius denique argumentum est, eo difficilior qvoqve rerum disponendarum ordo, qvi in Horatianis igitur carminibus, præsertim si qvando sublimiori qvodam impetu feratur mens auctoris, solutis ob lyricam brevitatem omnibus cogitationum compagibus, non nunquam satis implicitus latet. Anacreonticorum autem carminum oeconomia aut plane nulla est, aut statim cognita, qvia ipsa fere carmina nusquam ab argumen- to suo digredi videoantur, sed hæc sola continere, qvæ eo temporis momento au- toris mentein ac phantasiam captam tencrent, pro re nata incuriosius in chartam conjecta, metroqve rebus conveniente.

Huc pertinent postremo qvæ de Amor, I, 1, adhuc dicenda videbantur. Neque autem Ovidius anacreontica simplicitate paucis argumentum comprehendit, neque eadem, qva Flaccus vi atque prægnanti brevitate imagines bonæ frugis culmulavit, sed evidenter artificio et eximia subtilitate unam eandemqve rem per sequtus allegoriæ fila ad extremum usqve deducere calluit, more tamen modoqve, nec putide orationem exornans. Anacreontis igitur nativæ dulcedini, foecundiorique Horatii copiæ opponenda est eximia Nasonis ars et sollertia ingenuum. Lætissime quidem ludit ejus, pariter ac Horatii, phantasia; at alter, id  
qvod

quod vigentis potius phantasiam, quam multæ artis erat, collectis in unum variis  
variorum hominum studiis, in suo denique describendo paulo copiosius versatur;  
alter autem in amplificanda eadem re permanet, quam autem ita proflus exhaeu-  
rit, ut admiranda sit felix illa ingenii ubertas, quæ nihiloliud respiciens faciliter labo-  
re phantasiæ animumque lectoris, idem argumentum multimodis convertens, tam-  
diu occupatum tenere potuerit.

---

*Paucis hisce præcludere placuit, cum indicenda erant solemnia pub-  
lici examinis per omnes nostræ scholæ ordines a die inde XV Oc-  
tobris rite habendi. Publice primum agenda est quotidiana recensio  
progressus, quem peracto semestri in quocunque studiorum genere fece-  
rent nostri tirones; quorum postea, qui scholæ valedicturus est, in  
examine bacenius artium sic dicto, cum scriptis primo specimi-  
nibus inspectorum atque examinantium satisfecerit collegio, mox deinde  
primis tribus hebdomadis proxime subsequentis diebus (XXII, XXIII,  
XXIV Octobr.) inde ab hora quavis post meridiem illa quantum  
in litteris per totum cursum scholasticum profecerit, publice profite-  
bitur.*

*Examinis ut frequentes atque commodi adesse velint parentes at-  
que tutores discipulorum et si qui præterea litteris ac juventuti stu-  
diisque nostris bene cupiant, officiose rogamus.*

*Dabam Othenis a. d. IV Iduum Octobris MDCCCIV.*

